Tertium, quod illud ſalarium transiuit, ex quo illud officium peragere coepit ad quoscumque ſue ſuos hæredes, ſue ex teſtamento, ſue ab in teſtato. *l. poſt duos. in ſi. C. de aduo. diuer. iud. l. iubemus in ſi. de aduo. diuer. iud. & l. petiſſiones in ſi. illa tit. Purpura. in rub. de offic. aſſeſſum. 19. hodie ſalarium tantum p̄tererit temporis hæredibus acquirit quilibet officialis Regius hoc in regno ex conſuetudine.*

Quartum eſt, quia eſt nobilis & in dignitate poſitus. *l. nemo. C. de dignit. lib. 12. Chafua. in confuſ. Biugund. in rub. des droict. § 19. in gl. 1. in ſi. 4. rub. des enfans de pulſieurs lictz. gloſſa. i. idem in procuratore regio no. patruis meus Rebuff. in l. ſi quis. C. de decur. lib. 10. l. ma. C. de man. princ. Aret. in l. fori. C. de aduo. diuer. iud. & aduocati ſiſci multis glorioſis nomini- bus à iure decorantur, dicuntur enim clariſſima eloquentia lumina. l. ſituende. C. de aduo. diuer. iud. & facundiſſimi. ibid. 2. & clarissimi. in l. 1. ibi 3. erant deſpoſito officio, vt ibidem patet, & ſpectabiles in l. in ſacris in terra. C. de praxi. ſacro ſcrinio. lib. 12. & in auth. de iud. §. quia vero conpereſt in ſi. coll. 6. l. laudabile. C. de aduo. diuer. iud. ideo ſpectabiles, id eſt, ſpectatione digni, quia admi- rabilis teſtis eſt nobis Purpur. in l. 1. nu. 17. & ſeq. ff. de officiis. Item comites l. i. C. de aduo. diuer. iud. l. laudabile. ibidem. quonobrē ſequuntur iurium comitibus, ſed non in ſtipendiis. l. & iniuria atrox dicitur, que illis fit. §. atrox. de iniur. in inſtit. vnde fuit co- demnatus mercator, vt practice loquar, ad emendam, & honorabilem & pecuniariā, tali in aduocato regio cui neg. tiū erat datum visitandi ligna, quod eum pro- iiceret in aquam, ſi ſuam ingredetur na- um, anno 1418. die 3. Ianuarii.*

Quintum debet mitti ad eos, ſicut ad egregias perſonas, Bar. in l. i. C. de offic. diuer. iud. & ibi Aret. & Ias. in l. ad egregias. col. 2. in ſi. tureu. ff.

Sextum licet olim eſſet annale officiū.

l. cum aduocatis. & libinos. C. de aduo. diuer. iud. aut ad ſumimum biennale. l. ſancimus, in 2. & l. ſi. illo tit. & l. iubemus. rit. ſeq. & ob id d. lex. per hanc dieit celerem decurſum: quia habenti magnam dignitatē celeriter curri tempus, litigantibus verò mensis pro anno habetur, ſicut hiſ qui ſunt in purgatorio, quibus æquiparantur litigantes, & adaman tes. Hodie eſt perpetuum in Fran- cia, id eſt, quando viuunt. Benedict. in repet. c. Raynūtū. in verbo. duas. numer. 3. cum ſeq. de reſta. niſi propter crimen deſpoſiti fue- riſt, vt Tholofæ quandoque fuit obſerua- tum. & hic.

Septimum vilia etiam ſua ſponte gere re non poſſunt, ideo inimi, ſoculatores, vel histriones eſſe non poſſunt, nec iſtorū officia exercere. *l. cum aduocatio. C. de aduo. diuer. iud. & l. ſi. vbi Azo in ſumma illuſtit. & l. aduocatos. C. de aduo. diuer. iud.*

Octauum non poſſunt poſtalare pro priuatis. *l. pen. iunclia ibi gloſſ. & Bal. C. ne ſiſci. vel resp. Paul. in l. cum allegas. C. illo 3. ſatiſ enim ſuper que ad regia negocia occupati ſunt, ideo negocia aliorum omittere de- bunt, vt ibi dixi.*

Norum non debent conſulere contra Aduo- cateſcum. l. 2. C. de aduo. diuer. iud. l. i. C. de aduo. ſi regij in ſci. & in ord. regiſ. Lud. 12. primo publicatis. art. quib. ca- ſa. 3. 4. rub. des aduocatz & procureurs du R y artic. ſibus con- n. alioquin priuatur & officio & ſtipen- ſulere poſ- dii, vt ibidem patet. Idem dico in doctore ſu. vt priuetur lectura, clericus beneficio, mil- les militia. gl. in eſi Imperator. 96. diſt. & in ca- ſi. q. vlt. Aret. in d. l. 3. ibi, tamen non prohibe- tur conſulere, quando non conſuleret cō- tra regem, vel contra cauſam regis, ideo regij aduocati ſenſchalliarum, cum non habeant iusta ſtipendia, ſoliti ſunt pro priuatis poſtulare, & conſulere, in cauſis que non tangunt regem: nempe quod nō pro-hibetur, permiſſit. l. cum pretor. ff. de iud. aliās agerent contra diſtam l. per hūc. §. ſex- centi. C. de aduo. diuer. iud. Præterea nec inue- nirentur docti, qui id inueniērunt ſeſti ad lucrum tendunt. ca. 1. & ibi not. de preb. in ſ. Sed quandoq; rex ad tollendum dubium propter perſone ex- cellentiam permiſſit, etiam aduocatis ſiſci

LII

Parlamentorum consulere, ne egeni exerant. d.l. per hanc. §. sexcenti, ut fuit concessum multis tamē recusantibus egregiis, doctissimis atq; facundissimis viris dominis Liseto, Poyeto, & Montolonio, olim aduocatis regis, nunc verò præsidentibus viris profecto omni laude dignis, Deus eos servet incolumes. [Fuit tamen alias in hoc

arrestum.

Senatu prohibitum D.Ioa. de Rappeu aduocato regio consulere partibus licet non haberet, nisi quadringentas libras pro stipendiis, an. 1420. & die 21. Febr. in regis. consilij. imo anno 1522. die 17. Iulij fuit prohibitum aduocato regio Caftion. in Turonia, ne de cætero pro priuatis postularet.

Decimum, quod ista priuilegia conceduntur ob reuerentiam studiorum, quod incitare debet scholares ad studium. l. quicquid. & ibi Alb. C. de aduo. diue. iud.

Vndecimum statuitur, vt nullae eis inspeccio ingeratur, nullave perequatio, nulla operis instruccio, nulla disculsio, nullum ratio cinium imponatur, nullum denique eis mandetur præter arbitrium. l. sancimus. l. C. de aduo. diuer. iud. & dicit ibi Alb. quod alegationibus excusantur, & aliis muneribus, & contra faciens punitur s. libra rum auri poena, re habetur in d.l. sancimus.

Duodecimum, extra ciuitatem vagati non debent. l. 2. & ibi Bal. C. de aduo. diuer. iud. habet etiam locum in procuratore regio, vt ibidem nos. nam negotiis regis vacare debent, ne defertio negotiorum regiorum & gaudiorum sectatio, luctum afferat. Iuxta dictum Euangelij Lucca 6.c. Vnde vobis qui ridetis nunc, quia fletis & lugebitis.

Decimuum tertium, excusantur à poena præsumpta calunnia, sed non probatae. l. 2. C. de delatori. lib. 10. Barr. in l. 2. §. se publico. col. 3. ff. ad leg. Iul. de adulst. Bal. in l. iubemus. C. de prob. Auffr. in decisi. Tholos. q. 6 Hipp. Marfil. in pract. in §. superest. Benedict. in verbo, mortuo. n. n. 204. c. Raynissus. de testa. eriam procedit in procuratore, vt ibidem scribitur, & dico in dictis ordinationibus.

Decimuum quartum, quod procurator accusari in regius omnia dilita prosequitur, quo ad hoc regno. vindictam & poenam publicam, pars vero

quo ad interesse Benedict. vbi supra n. 159. licet de iure quilibet admitteretur regulariter ad accusandum per torum ius. de accus. ff. & C. qui accus. non pos. sed hodie non admittetur in regno pars accusans delinquenter, & concludingens ad mortem, sed interesse tantum petere debet.

Decimumquintum, non condemnatur in expensis, licet succumbant. l. f. C. de frn. & quando. l. expen. in sacris 3. vers. Et quoniam de proxi. sacro scri. li. 12. Auffr. in q. 6. si procurator. Benedict. in d. verbo, mortuo. m. n. 169. l. per hanc. §. si. C. de aduo. diuer. iud. quia ex debito officij prosequuntur, ideo excusantur. l. monte. C. de delat. lib. 10. ne timore expensarum Regis indefensum dimittant. l. illad. f. de per. h. Hipp. in d. §. superest. in practica. ominali. [Nec pars ipsiis procuratoribus regiis condemnatur. arg. illius rub. quod quis. iuris. vnde cu. pro curatore regius pontificare prosequeretur criminorum, qui appellaverat, & fuerat dictum male appellatum & benè iudicatum cum expensis, ideo receptor voluit exigere expensas, delinquens appellata ad Senatum, qui male iudicatu pronunciauit, cum non debeantur procuratori regio expensæ, cum ipsæ parti non debeat. arg. c. 1. de iud. in 6.] Nisi quis receperit eos tanquam priuatos, dum suo abutitur officio, commitendo dolum, fraude, da in part. vel concussionem, & tunc potest accipere eos (vt practice loquar) in partes formales. Guido Pape in decisi. Delphi. q. 269. denunciatur. Henricus Boerius in sing. incip. expense. q. 23. Vel. quando iurisdictionem impedit ecclæsticam, vt fuit prolatum, arrestum, anno 1525. vlt. die vel pen. mensis Ianuarii pro Episc. Belua. contra procuratore regium ciuitatis Claremontem in Beauvois, 11. regis. videre inter arresta. Auffr. n. 417. in sylo. Pag. mento. imo si procurator regius vel fiscalis Episcopi est iunctus cum parte, & succubant, pars ad omnem teneatur expensas, procurator ad nullas, vt fuit dictum in Senatu, Antonio Rebours, adiuncto, contra habitantes de Terci en Brit, & anno 1542, die 2. Octobr.

Decimumseximum, non tenentur milites in domo suscipere. l. iubemus. C. de aduo. di. ger. iud. l.

an pra-
sumpto
calunnia
in eis su.

¶ non

accusari in

hoc regno.

vindictam & poenam publicam, pars vero

ser. iudi. & ibi sal. quia illi possent instru-
menta regis surripere. Ideo hi in camera
debent esse sicut passer solitarius in tecto.

*Ubi aduo-
catorum
suffi-
cientes
sunt
prefer-
endi.*
Decimumseptimum, filii eorum si sunt
sufficientes, ceteris sunt praeserendi, ut ibi
deinceps. & in l. petitiones. ibi r. & gratis
debent admitti ad officia patris, vel ad a-
lia, quod nuper vidi obseruari in filio do-
ctissimi ac facundissimi viri d. Dayguia ad-
uocati regis in Parlamento Tholotano. I-
sta enim incitare debent regios aduoca-
tos, ut suos erudiant filios.

*Expositus in
ligiatur
autem
quod
torquer-
tur.*
Decimumoctauum, hi aduocati & pro-
curatores non debent torqueri, tanquam
existentes in dignitate. Bar. & Aret. in l. C. de
aduo. diuer. iud. quod in hoc regno Francie
non admittetur, quia delictum omnem
honorem excludit. l. l. C. rbi Senator. vel clari-
fici. Releuarent tamen in hoc, quia sine
magnis iudicis, & in criminis grauissimo
non torquerentur, quum præsumptiones
prose habeant innocentiae.

*Incubator
sui nihil
debet con-
cludere si
ne aduoca-
to.*
Decimumnonū, quod procurator sibi
non debet causam sibi agitare absente ad-
uocato. l. l. C. de aduo. sibi. non intelligitur. §.
diuus. & l. sibi. ff. de iure sibi. Ghillel. le Ro-
uille in tracta de refor. iusti. lib. 3. c. 6. de aduo-
ca & procuratore sibi, eo quippe datur aduo-
catus regius, ut consulari procuratori, quid
agendum sit, & si eius consilium respuerere-
tur, res sibi in irritum cedere posset, imo
sententia non valeret absente aduocato,
per dictam l. sibi. Aret. not. & in d. l. sibi. c. 6. dicitur,
nihil esse actu, ideo ex integro cognosci
oportere, quod estmentit tenendum.

Et ideo fuit annullata appellatio pro-
curatoris regij ciuitatis Abianen. qui appel-
lauerat a sententia iudicis, eo quod fuerat
elargitus reus, cum consensu aduocati re-
gij, & fuit ei preceptum factum, ut concluderet
ad consilium aduocatorum regio-
rum anno 1539. die 9. Iunij.

Articulum. Vigesimum quidem est, quod o-
procurato- inibus aduocatis etiam doctoribus, &
in regiis tempore antiquioribus debent praeser-
vare quia a principe sunt approbati ratione of-
ficii. l. 2. & l. restituende. in f. C. de aduo. diuer.
iud. p. 1. ibi, nam qui a nobis digni iudicati sunt,
magis in anterioribus sunt iudi-
cari.

candi, & debent alij aduocati eos honore,
& ipsi alios prosequi, meminiisse debet pa-
tres quod & filij fuerunt. §. hec autem in auth.
in cum de appell. cogn. col. 8. Etiam habet locum
in procuratore regio, cu[m] sit magnus magi-
ster in Francia. lo. Fab. in §. ff. iusti. de excep. &
quandoq[ue] non absurde aduocatus nuncu-
patur, quia aduocato deficiere postulat, ut
sepius vidi in hoc parlamento. est no-
bis testis gl. in l. non intelligitur. §. diuus Adri-
anus. ff. de iure sibi. idem dico in regio aduo-
cato magni consilij, ut etiam iis priuilegiis curatore
decoretur, est enim magni consilij Angelus, magni con-
sile excludo etiam eiusdem procuratorem, filij.
cum sit teriaca dicti sacri magni consilij.

Vigesimumprimum, quod a manu prin-
cipis strenas debent in singulas Ianuarij su[per]cipere a
Calend. recipere l. laudabile. C. de aduo. di-
principi
verso. sud. vide text. in i. legauit. 37. dist. & in ca. debene.
non obseruens. 26. g. vlti. vbi reproabant illa
dona. ideo hodie non seruatur hoc priuile-
giū, quod si forte principi ostenderetur,
illud recipere, & eis seruaret.

Vigesimumsecundum, possunt a princi-
pe illi alii dignitate decorari, & vnu[s] filius
illorum, aut aliis nomine suo. l. restituend.
de. §. ad hoc. C. de aduo. diuer. iud.

Vigesimumtertium, quod non tenentur
ad custodiā ciuitatis, nec ad excubias. text.
& ibi Bald. in l. sancimus in prima. C. de aduo.
diuer. iud. nisi in subsidium. Aret. ibi. post gl. &
ex causa necessitatis, p[ro]not. in l. ad instruc-
tione. C. de sacro sanct. eccl. quia satis superque
eos vigilare oportet pro causis regis.

Vigesimumquartum, quia ab omni o-
procurato- nere sunt exempti, tam ipsi quam liberi ad custodiā
eorum, etiam ante susceptam aduocatio- ciuitatis
nem natu. l. aduocatos, & ibi Aret. C. de aduo. an tene-
diuer. iud. etiam a tutela excusantur. l. geo- tur.
merre. & ibi Bar. ff. de excus. iud. §. item diuus. il-
lo r. in lib. iusti.

Vigesimumquintum, etiam post suum
officium finitum vel renunciatum vnam
ex suis domibus habent exemptā ab onere
imponendorum stipendiiorum. tex. & ibi
Aret. in l. rubens. C. de aduo. diuer. iudi. Fallit si
proper delictum esset officium ademptū,
quia delictum honorem excludit, ut supra
dicimus fuit.

Vigesimum sextum, non debent agere, vel conueniri, nisi coram preside, id est, coram seneschalo, bailliuo, vel gubernatore. *d.l. iubemus. & l. petitionem, sed in hoc Parlamen-*

to coram dominis supplicationum

sicut consiliarij agunt, & conueniuntur,

sunt enim grandi signori.

**Salarium
quocunq;
tempore
annis istis
est debitu
etiam in
vacationi
bit.**

Vigesimum septimum est, quia eis salarium debetur, etiam tempore quo non ligant, id est, tempore vacationum, quia per eos non stat, & interim seruunt regi in consiliis, hoc expressum Card. trax in clem. statutum q. 6. de ele. in procuratore ecclesiae, cui aequiparatur procurator regius, quod fecus in aliis regis officialibus, ut super hoc extant regis ordinationes.

Pro quibus facit text. iuncta gl. in l. Titius ff. de restra milit. & in officialibus curiae Ro. quod non gaudent prærogatiis & præiugis, si tempore vacationum non exerceant actu sua officia, concilius Ioa. Staphile in tracta. de lievis gracie, fol. 10. de prærogati-

Arrestum. *uis expectantium.* Et fuit dictum in Senatu, Vnum sub quod hi procuratores regij non possunt habere, nisi unum substitutum, contra procuratorem regium castellari. Idem dico in tempore valetudinis aduersæ. Bar. in l. i. §. diuus. ff. de variis & extraord. cogn. doct. in d. l. diem functio.

Vigesimum octauum, quod a collectis & aliis impositionibus sunt exempti. *l. a-
ctores. & ibi patruus meus Rebuff. C. de exac-
tib. h. 10. quia postquam laborant pro ser-
vicio reipublicæ, debent collectam cum seruicio compensare. l. in reb. 10. §. possunt. ff.
comis. & in præstatione tributorum la-
boris & operæ ratio habenda est. l. nemo. c.
l. seq. C. de decurio. lib. 10. vide Francisc. de Parma
in tract. de priuilegiis. c. q. pen.*

**Adire he-
reditatem
an procu-
rator re-
gius posse.** Vigesimum nonum, procurator Caesaris potest hereditatem fisco delatam adire, & est hoc præcipuum in procuratore Caesaris. l. i. in ff. de offi. procu. Caesar. quamvis in alio procuratore, contrarium statutum sit in l. per procuratorem, quæ alias meruit Paulus. ff. de acq. her. & de isto dicit gl. in l. si ff. de af- fueso. quod paru amicis & inimicis potest prodesse. sed aduocati & procuratores fi- ci & regij multo amicis emolumento esse i

possunt, & inimicis plurimo nocumento, si velint, salua etiam conscientia, quæ o- mnibus rebus proprii debent, quam tan- quam palladium præse habere quilibet, si Christiano nomine vti velit, debet.

Trigesimum, viri eloquentissimi fisci Alensis patroni liberantur a patria potestate per fisci ap- huius adceptionem officij l. f. C. de decur. l. i. o. tria po- quis enim sub potestate eos dixerit? qui o- ficiis libi mnes homines, etiam per lasciviam delin- quentes, sub quadam potestate habere di- cuntur homines vero bene facientes a po- testate eorum eximuntur. Nâ vulgo dicitur. Fac bene, & non timebis iudic. Ad Ro. 13. & ca. in cunctis. n. q. 3. l. nulli. & ibi patruus meus Rebuff. C. de agenti. in reb. l. 12. Fe. in pro- prio decre. rex pacificus. col. 1. Iusto enim non est lex posita. i. ad Tim. 1. c. qui Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. c. licet. de regula. iudic.

Trigesimum primum, quod hoc nobile munus recipiens a cohortali conditione tam ipsi quam eorum liberi etiam ante of- ficium nati liberantur. l. 2. C. de adiuv. diu. iudic.

Vigesimum secundum, quod ad nullas sportulas in eorum causis tenentur prater descriptas in d. l. per hanc. §. f. C. de adiuv. diu. iud. & l. petitiones. §. pro sporeulis. ibidem.

Trigesimum tertium, quod si filios inge- nuos habeant, eos clarissimorum notario- rum inseri consortio, sine quadam suffra- gij solutione concedit Imperator, in l. lau- dabile. §. & postquam. C. de adiuv. diu. iudic.

Trigesimum quartum, quod in priu- legiis datis curiae, aduocati & procurato- res comprehenduntur, eo quod sunt de cor- pore curiae. & ita fuit prouinciam ann. dom. a. 1416. die 20. Martij, vt indultum de non curi regi foliendis collectis datum curiae extende- retur ad gentes (vt vocant) regias, & in- dultum de nominatione consiliariorum & curiae eos comprehendit.] [& reipubl. causa abesse cententur. l. abesse. cum l. seq. ff. ex quibus causis mato.]

Vltimum præcipuum, illis est, quod si aduocati vel procuratores fisci in iuriis & de prædationibus quemquam vexent, vi- ui comburendi sunt. tex. sing. oculo toro con- fessus, in l. rati. q. 1. C. vbi carnis fiscæ & est melior

melior iuris secundum Bal. in marg. in verbo
dammatu. in 1. q. ratio illius text. est, quia illa
delicta redeunt in principis ignominiam,
cum a suis officialib. qui alios corrigere,
& instare ut corrigantur, debent, committantur,
vnde dicit text. in cap. primum. itaq.
25. dist. quomodo enim potest praes. au-
ferre malum de medio eius, qui in deli-
ctum simile corruit? quia libertate pec-
cantem corriger potest, cum tacitus ipse
sibi respondeat eadem se admisisse, que
corripit? debent ergo esse viri omni exce-
ptione maiores, & sine inaesta, ut possint
dicere illud Euangelicum, *Quis ex vobis
arguet me de peccato?* & supradicta deci-
sio estiuri diuino conformis. *Psalm. 19.* Quid
detur tibi, aut quid apponatur tibi ad lin-
guam dolosam? Sagittæ potentis acuta
cum carbonibus desolatoriis. & *Psalm. 131.*
Labior labiorum ipsorum oportet eos, ca-
dant super eos carbones, in ignem deieices
eos, &c. nec possunt ipsi aut alii officiales
impetrare a rege, ut poena eis remittatur
non facta mentione. *l. mancipia. iuncta glo. C.*
de seruifugii ius. D. Ioannes Saxon. in curia
Delfi. pres. in ordi. Turonen. art. 38. in fin. prim.
alii priuilegia vobis scribam clarissimi
aduocati in ordina. Regis, in quibus vos
ephoris, qui erant apud Lacedæmonios,
comparo. Interim hæc benigno suscipe
animo, & meipsum vestrum agnoscite.

oratorem suum ad hoc ab eodem
Francisco Rege ad nos destinatum,
habentem ad hoc specialē a

a *Speciale.*)Est ergo hic vñus casus in
quo requiritur speciale mandatum, vide-
licet ut acceptentur constitutions, seu
ordinationes in regno, nempe hoc ardu-
um est, vel ut de nouo fiant. §. cumq; hoc
Deo, ibi specialiter in procœdio Instit. [§. quibus.
in i. confit. C. vbi etiam Bar. not.]

Secundus casus est, in beneficii accepta-
tione, gloss. & docto. in clem. vna. in verbo, pre-
mandati senti. de concess. preb. & Rota deci. 323. nota Paul.
in amiq. Panorm. & alii. in cap. accedens. de
exig. spe. preb. Cardin. in clem. i. quest. 6. de procurat.
per text. in cap. scribi absentia de preb. in 6.

quia invito non aequiritur beneficium.
l. inuit. ff. de reg. iur. loan. de Selua. in tracta. de
benefic. in 3. parte, quest. 55. Bertrand. consil. 226.
Quæscum. colum. 2. volum. 3. secundum im-
preß. primam. [Etiam quia per adceptionem
secundi, & acceptationem pacificam va-
cabant alia beneficia. cap. de multa. de præb.
extra. execrabilis. cod. titul. loan. 22.] dic ut scri-
psi in tract. nomina. q. 14. n. 94.

In heredi-
tate, & in
unda specialis esse debet. l. si quis mihi bona
integrum
§. sed virum. ff. de acquir. hered. quia in ea pa-
restitutio-
nem, & ma-
trrimonio
Angel. ibi. sæpiuscule latet anguis in hæ-
reditate.

Tertius, iuslusu super hæreditate ade-
quate, & in
unda specialis esse debet. l. si quis mihi bona
integrum
§. sed virum. ff. de acquir. hered. quia in ea pa-
restitutio-
nem, & ma-
trrimonio
Angel. ibi. sæpiuscule latet anguis in hæ-
reditate.

Quartus, absque speciali mandato in
integrum restitutio non conceditur. l. il-
lud. §. si talis ff. de mino. [cap. coram. de in integ-
rest. quod est verum, quando principaliter
petitur, secus si incidenter. l. fin. Cod. vbi &
apud quem cognitio in integrum restitut. agi de-
beat. gloss. & doct. in cap. suscitata. de in integ-
rest. quia agitur de retractando factum
domini, quod non potest quis facere sine
speciali mandato, nisi magna ex causa. Bal.
in d. §. si talis. per l. si hominem. ff. manda. & tres
rationes tradit. Bald. in d. l. vna. C. etiam per
procur. in fin. & in hac in integrum restitu-
tione oportet exprimere causam, & perso-
nam: nec sufficit dicere constituo pro-
curatorem ad petendum in integrum resti-
tutionem. Bar. in l. generali. ff. deritu nup. Ang.
in d. l. si quis mihi. §. sed virum, quod declara-
re per Bal. & Sal. in d. l. vna. C. etiam per procur.
vide tamen Cassad. in deci. i. de procur. & Auffr.
in deci. 55. in deci. Tholos.

Quintus, matrimonium sine speciali
mandato vñus pro alio non contrahit, &
sine expressione certe personæ. e. ff. de proc.
in 6. l. generali. ff. deritu nupr. quia de perpe-
tua hominis seruitute agitur. l. 2. ff. de lib.
hom. exhi. & Neisanus in sylluanuptia. equip-
pe sub pulchræ mulieris specie interdum
alpidum latet venenum, ut apud coniuga-
tos in cōfesso est, requiritur etiam specia-
le mandatum in matrimonio spirituali, re-
traditum domini. de Rota deci. 375. fuit dubitatum
in nouo.

Sextus, non facilè per procuratorem
quis suspectus accusabitur, quoniam famè
causa est. *l. non solum. 5. fin. ff. de procu. scripti. in
truct. de recus. art. i. in ord. reg.*

Septimus, interdictum de libero homine exhibendo non instituit procurator, nisi nominatio eidem mandatum sit. l. Pomponius, in prin. ff. de proc.

Procurator que se ne speciali mandato non faciat. Octauus, qui duos procuratores omnium rerum suarum relinquit, nisi nominatum præcepit, ut alter ab altero pecunia petat, non videtur mandatum vtrilibet eorum dedisse, i. qui duos s. de procur.

Nonus, nisi specialiter procuratori concessam sit pignus, remittere non potest. *l. 5. consenſu. S. i. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. nec etiam constituere l. solutum. S. i. ff. de pign. et abunde declarat. Anto. de Fano. in tracta de pign. & hippoth. in l. membro 3. partis. nu. 36. & seq.*

Decimus, per procuratorem, nec liberari, nec liberare quisquam acceptilione sine speciali mandato potest. *tex. & ibi gl. in 1. per procuratorem. ss. de accep. vbi ratio traditur.*

Vndecimus, pacisci, nisi specialiter ei-
dem concessum sit, procurator non po-
test. I. rescriptum, cum l. nam nocere. ff. de past.

Duodecimius, sine speciali mandato procuratori non soluitur. *l.hoc.iure. ff. de so-
lu. dic vi in seq. casu.*

Decimustertius, iudicati actio procuratori ad lites non datur. de l. hoc iure. nisi habeat generale mandatum, & ad negotia & ad lites. l. 2 & 3. ff. de adm. int. Bald. in rub de his per quo agere poss. col. 2. in inst. per gloss. in l. pure. & actor. ff. de dol. excep. vel nisi liberam illius causas administrationem haberet, qui tunc & eis solui, & transigere poterit. Matib. not. 30. nota quod licet procurator.

Decimas quartus, procurator iuramenti
deferre non potest, nisi totorum bo-
norum, vel nominatum eidem mandatum
fuerit. *i. iusurandum quod ex conuentione. §. fi-
ff. de iureur. e. qui ad agendum. §. fin. de procur-
m. 6.*

Item procurator pro domino nō iurat.
I. quorū prima. §. si tutor. de noxa. actio.
Decimus quintus , iurare de calumnia

fine speciali mandato procurator non po-

test. c. si. de iur. calu*xi*niæ. ix. 6. plenæ. Bar. & Ale.
in l. qui bona §. si. alieno. ff. de dñm. infe.

Decimus³ extus, procurator fidelitatis Fidelius
pro domino absque speciali mandato pre^{re} sue
fittare non potest. c. iibi domino. 6. distin^g. iibi li mate
Anch. Bal. in l. a. q. 5. ff. de rer. dñis. Refert Boe^r comit
rius in §. 10. de confusione. Et in confusione. Bata^{re} foli
ricen⁸ & Dom. Chassagnenus in confusione. Bata^{re} negau
gund. §. 2. in glo faire hommage, Rubr. des p^z d^z domini
vbi idem dicit in iuramento confirmato
rio, & in iuramento per quod aliquis alle
rit se in negligentia, & in iuramento per
quod positionibus respondetur, ut infra
videre est. Idem in procuratore constituto
ad negandum feudum moueri, seu teneri
ab aliquo domino, seu (vt dicunt) de sau
uer, quia tunc perdit feudum negans, nisi
rege Francie confiteretur, ut scribit Boer. in
§. 13. in §. de confusione. Bata^{re}. & haec negatio de
bet esse specialis de specialibus, de rebus
quas (vt dicunt) de sauver, ut fuit iudicari¹ ambo
Anno 1520. die 8. Junii.

Decimus septimus, libellus obscurus, in
ne Domini speciali mandato non potest
declarari. Bar. & Ang. in l. interstipulacionem. §.
1. ff. de verb. obl. quia diuersorum raro est vna
voluntas. s. quia diuersa statim de conceps. p. et de
solus Deus est voluntatis scrutator. t. eti-
bescani. 32. dist.

Decimus octauus, procurator, nisi eidem
hoc speciatim concessum fuerit, transfig-
re non potest, quia faceret contra mandatum
suum. *rex. in. l. mandato ff. de proc. transfig-
actionis. C. de trans. Soc. cons. 255. v. s. col. 2. m. 2.
vol. Limitas. ibi & per dom. de Rosa. decif. 6.
Nota quod vbi in antiqu. e. qui ad agendum. infra
de procur. in 6. & ibi addas. & in. interdum. 2.
§. Qui tutelan. ff. de furti. transactio tamen fa-
cta ad utilitatem domini valebit. Corse-
gulari incip. Pupillus. Esibit in additio. nec inde
bitum solvere. ill. illud ff. de mino. I. s. procurator.
de cond. inde.*

Decimusonus, compromittere sine
speciali mandato procurator non potest
c. per tuas. de arb. gl. in ca. cum dilectus. de rel. do.
Bolog. conf. 6. v. 10.

Vigefimus, in pace facienda exigui
speciale mandatum. Spec. in sui de rebus
ver. hoc quoq. Rom. sing. + ob causam quid.
Vigefi

Vigesimus primus, beneficia sine speci-
ali mandato conferri (quia donare est) non
possunt. c. si. de off. vica. in 6. & ibi multa addidi.
& in praxi benef. in forma vica. Episcoporum.

Vigesimus secundus, non potest quis
donare bona alterius sine speciali manda-
to. l. filius fam. ff. de don. Fallit in l. cum plures. §.
fin. s. de adm. tut. & in aliis casibus de iure
expressis.

Vigesimus tertius, est in proroganda
iurisdictione de qu. text. & doc. in cap. cum
olim. in primo. de off. del. Guido Papae in dec. Del-
phina. q. 285. statuto.

Vigesimus quartus, procurator non
nunciat nouum opus sine speciali manda-
to. gloss. in l. de pupilli. §. qui procuratorio. ff. de
nouo. open. sed ibidem coatrarium tenet
Bart. & Iaso, videlicet sufficere generale
mandatum.

Vigesimus quintus, est in denunciatio-
ne, quā in iudicium facere debet, si prægan-
tem le exigit. l. i. §. i. & ibi Barroli. ff. de lib.
agno.

Vigesimus sextus, rescripta ad lites sine
speciali mandato impetrari non possunt,
aliо qui impetrans tanquam falsarius pu-
nitur, quia sunt odiosa, & potestati præ-
judicant ordinarię. c. nonnulli. §. i. de rescrip-
tione. illam tamen pœnam nunquam vidi in
Francia imponi, cum paſſim sine manda-
to impetrantur in ea. * Et de consuetudi-
ne impetrantur rescripta ad lites, etiam si-
ne mandato, & curia, non solet illam ad-
mittere exceptionem defectus mandati:
vt doct. dicunt in d. ca. nonnulli. scripti abundā
in tract. de rescrip. in ordin. regu. [in 2. tomo com-
ment.].

Vigesimus septimus, instrumenta ve-
tustate consumpta transscribi, ac reparari
non debent absque speciali mandato. c. fin.
de fid. instrum. Spec. in titul. de procur. §. i. versic.
item opponitur. ibi, undecimo in instrumentis,
vide in l. notione. §. instrumentorum ff. de vers.
fig. Et que ibi scripti.

Vigesimus octauus, in beneficiorum
renunciatione. Cardi. in clem. vna. de renunc.
col. i. quia quod nostrum est, sine facto no-
stro a nobis auferri non potest. regula, id
quod nostrum ff. de re iud.

Vigesimus nonus, ad petendum dispen-
sationem Bald. in l. illud. §. i. ff. de minor. Panor.
in c. innotuit. col. 2. de elect. hoc tamen non vi-
di seruari, alioqui pueris non impetrarent
parentes, sed dispensationes, quia non va-
lerent, sed multa per patientiam toleran-
tur, quæ si venirent ad iudicium, non tole-
rarentur. c. eum iam dudum. de preb.

Trigesimus, votum ultramarinarum sine
speciali mandato. Papæ comitatu non
potest. c. ex multa. de voto.

Trigesimus septimus, procurator non
habens speciale mandatum dominum ra-
tione euictionis defendere non potest. not.
in ca. fin. vt lit. non const. & ideo curia. Parla-
menti ordinavit. ann. 1323. quod deinceps

hi qui volunt euictionem afflumere per a-
lium potestatem hanc concedant procu-
ratoribus, sic videlicet, donant & ostendant
audit. procurer plain & special puoir, & au-
torite de faire adueu ou desadueu sans garan-
tise. Auct. in stylo Parlamenti in 1. parte. rubr. de
dilatio. quod datur pro garando, & citari de-
bet ad euictionem dominus, & non pro-
curator. lo. Gal. in que. per Arrest. q. 94.

Trigesimus secundus, iudex accusatus
post officium depositum non debet disce-
dere, nisi dato procuratore instructo. l. vna.
vers. quod si intra. G. vt omnia iud. tam civil.
quam milit.

Trigesimustertius, quando Papa vel
Rex sibi reseruat quicquam, tunc speciale
mandatum exigitur antequam inferior
de hoc cognoscere possit. cap. vi. nostrum. de
appel. Bald. in d. rubr. inf. de his per quos agere pos-
sunt. in tract. de euoc. in ord. reg. in 1. tomo com.

Trigesimus quartus, tutor non excusa-
tur per libellos, id est, per procuratores
generalem, per specialem sic. exponit gl. in
l. excusare ff. de excus. tut. quāuis aliter expo-
ni potest, sed de hoc alias. In meus not. Interp.
Trigesimus quintus, idem in alio officio
& ad petendum legitimacionem. Bart. in d.
l. excusare. & Bald. in rubr. de his per quos agere
possum.

Trigesimus sextus, ad alienandum. l. si
procurator ff. de conduct. indeb. nisi res tempo-
re peritura. l. procurator tutorum ff. de pro-
curat. vel solitam alienacionem fecerit. l.

Procura-
tor non re-
nunciat
appellatio-
ni.

vel iniuer forum ff. de pign. act. Bald. cons. 138. fa-
cium ins. vol. vide cum. cons. 131. co. vol.

Trigesimus septimus, non potest pro-
curator sine speciali mandato appellatio-
ni renunciare. Bald. in fin. §. fi. C. de temp. appel-
laci. in l. cum procurator ff. de nouo p. nunc. po-
tent tamen habitu consilio in curia acqui-
escere, ut est in ordin. regis videre, & quo-
tidie ita in pract. seruatur, ut abunde tradit in
ordin. regis rub. de appell. in 3. tom. comm.

Trigesimus octauus, procurator non
debet aliquem nomine domini capere, vel
relaxare sine speciali mandato. Non solun-
§. fi. ff. de procu. sic consuluit Soc. cons. 120. cum
in presenti. col. 3. cum seq. in 1. vol. Alexa. consil.
133. circa. in 6. volu. vbi tenet hoc casu valere
ratitudinem, vel generale mandatum
cum libera.

Trigesimus nonus, speciale mandatum
in absolutione petenda requiritur not. int.
cum desideres. de sent. excom. Barb. cons. 7. vñis
dubius. colu. 4. q. 4. volu. 3. Auffr. in decif. Thol. q.
50. quia penitentia & confessio non potest
fieri per alium. Fel. in c. cum desideres. de sent.
excom.

Quadragesimus, procurator non potest
opponere crimina, & defectus sine speci-
ali mandato. cle. 2. de procur.

Quadragesimus primus, in responden-
do positionibus requiritur speciale mandatum. Incol. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud.
quem refert & sequitur Maria. Soc. cons. 55. pre-
flanissime in fin. vol. 1. [script. in tract. de respon-
per credit. artic. 1. in fin. in 3. tom. comm. in const.
reg.]

[Quadragesimus secundus, ad recogni-
tionem schedulæ debet speciale interue-
nire mandatum, & plene docui in tracta. de
chirogr. recogn. in ord. reg. artic. 1. n. 26. in 1. tom.
comm.]

Quadragesimus tertius, libri scholasti-
corum sine mandato speciali alicui non
sunt restituendi, nec tradendi. Alber. in l.
quia ita §. in fin. ff. ad Treb. & dixi in priuilegi-
is schola. priuili. u. 4. vbi fuisus ridere est.

Quadragesimus quartus, nec venis æta-
tis impetratur sine speciali mandato. l. 2. C.
de his qui ven. æta. imper. scripti in tracta. [de re-
gestis baptisi. art. 1. in 2. tom. comm. in const. reg.]

Quadragesimus quintus, non potest in di-
procurator sine speciali mandato ab exe-
cutione sententie appellare, quia domi-
nus in pœnam incidet. l. ab executione. C. mandati
quorum app. non recip. Auffr. in decisio. capel. Arethum
Thol. q. 476. si hodie cum per ordinaciones
incidat in multam sexaginta librarum
malæ appellans.

Quadragesimus sextus, ad accipiendo
possessionem beneficij requiritur speciale
mandatum, quando illa possessio multum
habet iuris, secus si facti. Auffr. in decisio. Thol.
q. 486. elucidat gl. in c. cum nostris. de consil.
prob.

Quadragesimus septimus, idem in di-
visione bonorum, nec sufficeret procurato-
rium ad petendum divisionem, sed oportet
quod inseratur, pour leter aux lois, opes,
& faire autres astes apartenans aux faits de
partage, si diuisio siue fieber, ita iudicant Se-
natus, ann. 1543. die 7. Aug. quia diuisio
pro alienatione habetur.

Vltimo in omni arduo & ponderoso
negotio, & in aliis casib. in quibus reperi-
tur tanta vel maior ratio, requiritur etiam
speciale mandatum. Ioa. Fab. nuncupatum
§. procurator. inst. de his per quos agere possumus,
quem sequitur Auffr. in stylo parlamenti. in par-
rub. de dilat. que datur pro garando. §. item si a-
dornatus. vide gl. in verb. vel alterius, in forma
mand. vigintiquatuor casus tradit Spec. in-
tit. de procur. §. i. rev. item opponitur intercede-
tamen. & gl. in d. c. qui ad agendum, sed non
inueni vñquam, ita plane deductos, & hic
huius finis gl. est, dum prius dixerimus
quando dicatur speciale mandatum, resp.
tunc dici, quando ab omni verborum ge-
neralitate est extractum, & nominatio
concessum. I. Ponpo ff. de proc. Iac. in l. in a. col.
4. n. 33. ff. de off. procur. C. e. ar. & quamus ma-
datu generale cu libera & equipollent speci-
ali mandato. Fallit tamen, vt per Iac. in l. in a.
iurandum quod ex conuentione. colu. 1. & 2. ff. a.
iureur. & quando requiritur speciale, nec
id potest ratificari, vt concludit Laur. Cal-
can. cons. 77. in Christi. & c. i. col. 2. facit gl. in ca.
non nulli in verb. sine speciali de rescrip.
Nec sufficit generale etiam cum libera.
I. si quis mibi. §. iussum. ff. de acq. hact. Alexond.
in.

conf. 133, circa. in 6. vol. [vide in l. non solum in
f. 1. seqq; de procura. vbi etiam speciale man-
datum requiritur.]

& sufficiens a mandatum acce-
ptauit.

a *Et sufficiens*) Tollit ea quæ not. in
c. 1. de app. in 6. vbi procurator minus in-
structus non dicitur habere sufficiens mā-
datum. *Bald. in l. lib. 1. §. 5. ff* deinceps, nemp
quando mentio sit de procuratore intel-
ligitur de legitimè constituto, & cum suf-
ficiens mandato. *Bald. in l. rna. col. 1. C. etiam*
per procur. causam in integ. resti. agi posse. & si
primò fuit generaliter constitutus, & is
prosequatur causam requirentem specia-
le mandatum, si postea producatar specia-
le mandatum. ante exclusionem produ-
ctionis, conualidatur iudicium. *Bald. in l.*
falsus. col. 9. vers. ad terciam. n. 25. C. defact. ideo
solent cauti deinceps scribere practici,
talis constituit talem cum ratihabitione
gestorum: &c. & dicitur tunc sufficiens,
quando per illud potest facere ea quæ sibi
mandata sunt arg. eorum quæ no. in c. cum in
cunctis. in princ. de elect. finem huic rub. im-
pono.

De regia ad prelaturas nominatio-
ne facienda.

De cunctis a fratribus cō-
silio, & vñanimi cōsensu,
ex certa b nostra scientia,
& potestatis plenitudine, c sta-
tuimus d & ordinamus, e quod
de cætero perpetuis futu-

Hic titulus habet tres partes principa-
les, prima præbet regi nominationem
in cathedralibus ecclesiis, ac metro-
politanis, certumq; tempus eidem præsti-
tuit, intra quod si non nominet, plena erit
pape dispositio. In secunda quæ est, ibi,
monasteriis, idem statuit in monasteriis &
prioratibus conuentualibus electiis, ter-

tia, ibi, per præmissa, & ecclesiis habenti-
bus priuilegia eligendi electionem refer-
uat, & hæc sit huius tituli summa. de no-
minatione regia est text. in c. quod sicut de e-
lectio.

Hic §. 1. sic diuiditur, imprimis prohibet
electionem fieri in metropolitanis, & ca-
thedralibus. In secunda parte nominatio-
nem regi præbet faciendam de viro qua-
lificato intra certum tempus ibidem præ-
stitutum. In tertia parte duos excipit ca-
sus, videlicet quando tempore præstituto
nō prouidit, & quando vacant in curia. In
quarta parte annullat electiones factas
contra præmissa. In quinta à qualificatio-
ne prædicta excipit, regis consanguineos,
& alios de quibus, ibi, secunda pars est, ibi,
sed illarum, tertia, ibi, alioqui, quarta, ibi,
decernentes, quinta, ibi, consanguineis, &
si thoc loco sumimari ad istum. §. 1. & cum
forma nominationi regiæ data sit, optimū
est ipsius interpretationem facere verbis
eius relatis, vt in simili tradit Vlp. in l. item
venium. §. præter ff. de pet. her.

a *De eorum fratribus consilio*) Et sic
papa ardua cum consilio cardinalium ex-
plicit tex. in cap. per venerabilem, ver. si diffi-
cile, &c. qui filii sibi legitimi, dixi ut. 2. supra.
eo in verbo de eorum. Idem in episcopo, vt ex
consilio canonicorum ardua tractare de-
beat. c. nouit, & c. quibus de his quæ sunt a prel.
& quæ dicantur ardua, relinquit arbitrio
boni viri. *Fel. in c. causam. 1. col. 2. de iud. Imper-
ator etiam in arduis procedit, cum consi-
lio, vt in auct. habita. C. ne filius pro pare, vbi di-
Rex consi-
lio sic rex debet capere consilium pro rep. lium cape-
sicut pater pro filiis suis. *Bald. in c. intellecto, re debet pro
nor. 2. de iure. ur. vbi dicit regem debere tue-
re publica.
ri salutem Reip. imo quando constitutio
regis tangit populum, debet requiri popu-
li consentius, non totius, sed principalis.
Nam decuriones, consules, & scabini vo-
cari debent, arg. §. interim. in auct. de defens.
cini. coll. 3. *Bald. exp. in c. quarto. col. 1. de
iure.* & ideo gentes trium statuum so-
lent conuocari in hoc regno ex consuetu-
dine, licet Imol. in c. si de matori. dicat suffi-
cere requiri consensum capitanei prouin-**

MMm